87

Paulus Episcopus Servus Servorum Dei
Venerabili Fratri Archiepiscopo Leopoliensi
Salutem et Apostolicam benedictionem

Ad cumulum tuae cedit salutis, et famae si personas Ecclesiasticas, praesertim Pontificali dignitate praeditas, divinae propitiationis intuitu oportuni praesidii et favoris gratia prosequaris. Hodie Ecclesiae Luceorien-si tunc exeo, quod nos nuper Venerabilem Fratrem Joannem tunc Eppum Luceoriensem, à vinculo, quo eidem Ecclesiae Luceoriensi, cui tunc praeerat tenebatur, de Fratrum nostrorum Consilio, et Apostolicae potestatis plenitudine absolventes, ipsum ad Ecclesiam Vilnensem tunc vacantem, auctoritate Apostolica duximus transferendum, pastoris solatio destitutae, de persona dilecti filii Martini Electi Luceoriensis, sibi in spiritualibus, et temporalibus plenarie commitendo, prout in nris inde confectis literis plenius continentur. Cum igitur ut idem Electus in commissa sibi praedictae Ecclesiae Luceorensis cura, facilius proficere valeat, tuus favor sibi noscatur esse plurimum oportunus, Fraternitatem tuam, rogamus, monemus, et hortamur attente, per Apostolica scripta tibi mandantes, quatenus eodem Martinum et Ecclesiam Luceoriensem sibi commissam suffraganeam tuam habens pro nra et Apostolicae Sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et

& conservandis eiusdem Ecclesie Lucoriensis iuribus, sic eos, tui favoris auxilio prosequaris quod ipse pro tue auxilio gratie, se possit incommisso sibi Eiusdem Ecclesie Lucoriensis, regimine, utilius exercere tuque exinde Divinam misericordiam ac nostram & eiusdem Sedis benevolentiam, valeas uberius promereri. Datum Rome, apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis MCCCCLXVIII Quarto Non. Julii Pontificatus nostri Anno Quarto.